

di resultare prospicientes, ac uolentes salutis publicæ & communibus cōsulere com D  
modis, decreta ibidem facta, ex actis eiusdem concilij extrahi, & colligi, ac fideliter  
conferribi, bulla quoq; seu plumbo huius sacri concilij Basileensis communiri, adhi  
bitis singulis ad id necessarijs, uoluimus & mandauimus. Ad cuius operis cōsum  
mationem, dilectissimos Ludouicum TT. sanctæ Sufannæ, & Ioannē TT. sancti Ca  
lixti, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteros cardinales, uenerabiles Guillelmū Ver  
cellensem, & Thomam Duncheldensem episcopos, necnon dilectos ecclesiæ filios  
Thomam de Courcellis, & Martinum Bonifilij in theologia magistros, & Ioanem  
de Vuathēstein, archidiaconum \* Zagabiēsem, decretorum doctorē, ordinauimus  
& deputauimus. Ipsi autem commissioni nostræ multo tempore diligenti cura ua  
cantes, iuxta nostrum mandatum extraxerunt, & collegerunt, ac fideliter conferribi  
fecerunt decreta & gesta nonnulla præfati sacri concilij Cōstantiensis, in unum re  
digentes uolumen, quorum tenores sequuntur, & sunt tales:

al. Zegobien.

ACTA SACRI GENERALIS CON  
STANTIENSIS CONCILII.



**E**NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE  
trinitatis. Hic liber continet ordinationes, statuta, constitutiones, de  
creta, & alia acta & gesta in generali Constantiensi concilio, præsi  
dente sanctissimo in CHRISTO patre & domino nostro, domi  
no Ioanne diuina prouidentia papa XXIII. recollecta, uisa, & ordi  
nata per nos protonotarios, notarios, & scribas infra scriptos, ad id  
per eundem dominū nostrū papam, ipso approbante cōcilio, depu  
tatos, sub annis Domini, indictione, pōtificatu, mēsisbus & dieb<sup>9</sup> inferius annotatis.

¶ Introitus papæ Ioannis XXIII. ad Constantiam.



**I**NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, anno à natiuitate eius  
demillesimo quadringentesimo decimo quarto, indictione septima,  
die lunæ V. mensis Nouēbris, pōtificatus sanctissimi in CHRISTO  
patris & domini nostri, domini Ioannis diuina prouidentia papæ uice  
fimitertij anno quinto, præfatus sanctissimus dñs noster papa, q̄ aliàs continuando  
Pisanum generale conciltium, statuit ipsum conciltium iterū conuocandum ad hanc  
ciuitatē Cōstantiē. quam ciuitatē die dominica XXVIII. mēsis Octobris proxime  
decurſi, solēniter & honorifice intrauit, & ita cōuocauit ad primū diē huius mēsis,  
ut patet p̄ literas apostolicas, de q̄bus infra in sessione diei sextadecimæ huius men  
sis fit mētio. Sed propter celebritatē festi omnium sanctorū, & cōmorationem  
defunctorum, ad diem sabbati tertiam, & deinde ipsam tertiam ex certis causis distu  
lit ad hanc diem. In ipsa tamen die omnium sanctorum, dum idem dominus noster  
missarum solennia celebraret, inter ipsa solennia facto sermone ad clerum per egre  
gium doctorem decretorum dominum Ioannem \* Volim, per reuerēdissimum in  
CHRISTO patrem dominum Franciscum, sanctorum Cosmæ & Damiani di  
aconum cardinalem, lecta fuit schedula huius tenoris, uidelicet:

al. Polin.

AD laudem omnipotentis dei, & incrementum status, tranquillitatis & pacis  
uniuersalis ecclesiæ sanctæ dei. Cum sanctissimus dominus noster, dominus Ioan  
nes diuina prouidentia papa xxij. paterna pietate respiciens in ciuitate Laudensī V.  
Idus Decembris, pontificatus sui anno V. continuando sacrum Pisanum & genera  
le cōciltium super reformatione status eiusdem ecclesiæ, de uenerabilium fratrum su  
orum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, indixit iterum generale con  
ciltium huiusmodi celebrandum in hac ciuitate Constantiensi prouinciæ Magunt  
nensis, in proximo calendas Nouembris inchoandum, ipsum Pisanum conciltiū rur  
sum continuaturus, intimat de eorundem fratrum consilio, q̄ intrabit dictum futu  
rum